

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

De Mosis calceis lepida commenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

& Josua stabant, ob singularem
Dei præsentiam. Etsi enim Deus
ubique est, neque certis includi
locis ejus infinita majestas potest,
tamen non perinde ubique suam
præsentiam declarat, sed prout di
vina ejus rerum humanarum mo
deratio postulat. Hinc illa loca,
in quibus suam præsentiam singu
lari modo manifestat, sacra esse
voluit, quomodo & loca, in qui
bus Moses & Josua steterunt,
sancta vocat, quia ipse præsentia
sua ea revera consecrabat. Atque
hinc etiam voluit ut Moses atque
Josua calceos suos exuerent dum
starent eo in loco, quem præsen
tia sua dignabatur.

IV. Hæc cum sit simplex hujus
ceremoniæ ratio semper vehemen
ter sum miratus, varia passim fin
gi, cur Mofi Calceos exuere su
prenum Numen præceperit, quæ
prorsus frivola sunt & inepta. Re
fert vir doctissimus Benedictus
Balduinus expositionem lepidam, Bald. de
quim, viro insigniter & curiose calc. Ant.
docto concionante, se aliquando cap. 3.
didicisse dicit: In Ægypto (dixerat
vir ingeniosus) natus, educatus que
Moses

258 De CALCEIS HEBRAEOR.

Moses, cum oves saceri sui pasceret
pastorum Aegyptiorum more, ut cre-
dere par est, inducatur. Huic ad
rubum ardente, ut Exodi sacra mo-
numenta testantur, accedenti, ut pro-
pius stupendum illud flamarum non
comburentium ostentum agnoscere;
Dominus Deus statim edixit: solve
calceamentum de pedibus tuis. Quod
igitur erat illud calceamentum? Id
enim sacrae tacent literae. Ut quid
etiam Moses eo calceatus ad rubum
prohibetur accedere? uno brevique ver-
borum contextu, ut bipartitæ quæ-
stioni fiat satis, pro Aegyptiorum
pastorum more, Calceamenta Mosis
erant ex junco marino contexta:
Ideoque Dominus Deus præsciens fi-
lium suum aliquando factum hominem,
inter cæteras suppliciorum acerbitates,
corona ex ejusmodi junco marino com-
pacta coronandum, vult ea calcea-
menta tolli, quod indignum videretur,
seruum id pedibus calcare, quo ipsius
dominus aliquando esset coronandus.
Meruit profecto hujus commenti
auctor, ut, non laurea, sed ex
ejusmodi junco compacta corona
ipsi decerneretur, quæ ornaret
lepidum profecto caput. Aequa-

in-

insulsum est quod alii excogitarunt,
Mosis calceos stramineos sive jun-
ceos fuisse, & ideo deponendos,
ne forte igne, quem accedebat,
consumerentur. In quo commento
tantum frigus est, ut vel strami-
neos Mosis calceos extinguere pos-
set, si arderent.

V. Quod autem Moses item-
que Josua pedes exalceare ad ma-
jorem numinis præsentis venera-
tionem iussi sunt, originem dedit
illius ritus, quo locis sacris reve-
rentia semper habita fuit, ut cal-
ceati templo intrare, vel quæcun-
que alia loca sacra sint veriti. Nam
Hebræi, cum scirent Deum quæ-
dam loca ob singularem suam præ-
sentiam sacra habuisse & ut calceos
exuerent hominibus præcepisse
qui in iis stabant, multo sanctius
esse templum rati sunt, in quo
Deus præsentiam suam augustiori
modo manifestabat, quod proinde
בֵּית הַמִּקְדָּשׁ Domus sanctitatis voca-
batur, & habebat *קֹדֶשׁ הַקְדָּשָׂם sanctum sanctorum*, in quo Deus
inter Cherubinos habitabat, &
illud nulli calceato ingredi fas esse.
Hanc ipsam Hebræorum magistri
præ-